UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Antonij Maioragij|| Orationes|| Et Praefa-||tiones

Majoragio, Marcantonio

Monasterii VVestphal., 1599

VD16 ZV 10313

Alter, de immunitate publicis Prosessoribus concedenda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68843

Visual Library

LIBELLVS ALTER,

De Immunitate publicis Profeſſoribus concedenda.

QVoniam ſumma æquitas, atq; iuſtitia veſtra, Patres Conſcripti, ſplendorem ac benignitatem ſuam proportione æqualem in omneis, de Republica bene merentes diffundere ſolet: ideo nos, Otho Lupanus, & M. Antonius Maioragius, quos in hac ciuitate Vos Artis Oratoriæ Profeſſores eſſe voluiſtis, ſupplicantes petimus, vt eâdem immunitate nos donetis, qua iam Ticinenſis Gymnaſij Profeſſores donaſtis: cùm præſertim ſit eadem noſtra, quæ illorum cauſa, & magis etiam nobis deberi, quàm illis, immunitas videatur. Primò, quia in Metropoli Ciuitate legimus: deinde, quia non tantùm publicè, ſed etiam priuatim Reip. prodeſſe contendimus. Rogamus igitur, vt etiam nos, ſicuti alij omnes Lectores publici, veſtro munere gaudeamus.